vt ptz eiusdē.i.ca. Nunquid ꝯsiderasti seruū
meū Job ꝙ nō sit ei sil'is in terra. Et de pau
lo Act.x.c. Vas electōis est mihi. Et de cen
turione matth.viij.ca. Nō inueni tantā fidē
in israel. Et petro dixit xp̄us matth.xvi.ca.
Beat⁹ es simon bariona. Sed de Johāne
multo plura multaq; maiora locut⁹ est. Nā
vt scribit matth.xi.ca. dixit iesus turbis de
Johāne. Quid existis in desertū videre ⁊c̄.
vbi ꝯmendauit eū de q̄ttuor. Primo de soli-
ditate fidei ⁊ ꝯstantia cū dixit. Quid existis ī
desertū videre arundinē vēto agitatā. q̄si di-
cat: nō. q2 Johānes fuit ita cōposit⁹ ꝙ nec ti
more nec fauore a veritate decliabat. Scdo
cōmendauit eū ab austaritate pnie: dū subdi
dit hoīem mollib⁹ vestitū. q̄si dicat nō. Ter-
cio cōmendauit eū a claritate noticie dū se-
quitur ꝓphetā. Etiā dico vobis plusq̄ ꝓphe
tam. Et dr̄ plusq̄ ꝓpheta q2 nō solū xp̄m p̄ui
dit venturū et p̄dixit sicut alij ꝓphete sz etiā
ip̄m digito ostendit. Quarto ꝯmendauit eū
ab auctoritate doctrine dicēs. Hic est de quo
scriptū est. s. ꝑ Malachiā. Ecce ego mittam
angelū meū. i. Johannē q̄ vitā duxit angeli-
cam ante faciē meā: qui p̄parabit viā tuā an-
te te. Amen dico vobis: inter natos mulierū
nō surrexit maior iohāne baptista. ¶ Tercia
dignitas beati Johānis dr̄ celebratōis. De
solo nanq; iesu xp̄o et virgine matre Johan
neq; baptista narrant̄ p̄conia natiuitatꝫ. Ic-
circo ecclesia solēniter celebrat natiuitatē eo-
rum. Hinc Aug⁹. in sermone q̄ legit̄ in offi-
cio p̄ntis solēnitatis ait. Post illū sacrosan-
ctū dn̄i natalis diē nullius hoīs natiuitatē
legim⁹ celebrari nisi solā Johānis baptiste.
In alijs enī sanctis ⁊ electis dei nouim⁹ diē
illū coli q̄ illos post ꝯsummationē laborū et
deuictū triumphatūq; mundum in ꝑpetuas
eternitates p̄ns hec vita parturijt. In alijs
cōsummata vltimi diei merita celebrant̄. In
hoc etiā prima dies ⁊ ip̄a hoīs initia cōsecrā
tur. ¶ Quarta dignitas beati Johannis dr̄
veneratōis. Voluit nāq; deus cōcurrentib⁹
miraculis plurimis reliquias corpis eius a
fidelib⁹ venerari. Legit̄ enī in historia eccle
siastica. ꝙ cū ad tumulū Johānis multa mi
racula fierēt: iubente Juliano apostata gen-
tiles ossa eius sparserūt. Et cū miracula nō
cessarēt: postea collecta et in igne cōcremata
in puluerē redegerūt ⁊ ꝑ agros ventilauerūt
Tandē cineres illi collecti a quibusdā mona
chis hierosolimā fuere delati: deinde post a-
liqua tp̄a ianuā translati vbi nūc deuote co-
luntur. Sicut Alexander terci⁹: et Innocē-
tius quartus: rei veritate cognita suis priui-
legijs approbarūt. Caput vero ei⁹ tp̄e Mar
ciani principis inuentū est. Duob⁹ quidem
monachis beat⁹ Johānes caput suū in visu
manifestauit: qui ad locū ꝓperātes vbi sepul
tum tamdiu latuerat inuenerūt. illud saccis
cilicinis inuolutū: qd̄ postmodū Cōstanti-
nopolim: inde ad gallias regnāte Pipino est
translatū. Vltimo ad vrbē deductū ⁊ in eccle
sia sancti Siluestri honorifice reseruatū. Di
gitus insuꝑ ille q̄ dn̄m ostēderat cōburi nō
potuit vt refert mgr̄ Johānes Beleth. qui a
fidelib⁹ ꝯseruatus: postmodū a sancta Tecla
de vltramarinis ꝑtibus in normandiā dela
tus est. ¶ Quinta dignitas beati Johānis
dr̄ glorificatōis. Credendū quippe est ꝙ ī ce-
lo magna sit gloria ei⁹. et ꝙ positus sit in su-
premo ordine angelorꝝ atq; ī sede luciferi col
locatus. Nā illa sedes nō fuit reꝑata ꝑ xp̄m
q2 stat ad dexterā patris: nec ꝑ virginē quia
stat suꝑ choros angelorꝝ: nec ꝑ aliū sanctum:
quia vt predictū est. Inter natos mulierū nō
surrexit maior Johanne baptista. Et sicut
magnus fuit meritis et sanctitate: ita magn⁹
est gloria et felicitate. Cuius patrociniū de-
uote implorantes sperare possunt illius in-
tercessione consequi in seculo dei gratiā et in
futuro gloriā sempiternā. In qua viuit et re
gnat deus ꝑ oīa secula seculorꝝ. Amen.

¶ Sermo trigesimussecund⁹ de sancto pau
lo apostolo doctore summo gentiū.

VAs electionis est
mihi. dn̄i nr̄i iesu xp̄i verba sunt
ista originaliter Actuū. ix. ca. Ad
laudes ingentes beati apostoli Pauli extol-
lendas hodierna die merito est elaborandū
Ip̄e nāq; sua eruditione mirabili: xp̄i bene-
dicti nomen gentib⁹ patefecit. Ip̄e sue cōuer
sionis exemplo peccatorib⁹ ad penitentiā re-
dire volentib⁹ spem de venia cōsequenda de
dit. Ip̄e vtiq; verbis et factis adeo clare chri
stum a mortuis resuscitatū atq; in dexteram
dei patris sedentē ostendit: vt nullus ampli
us nisi volēs de fide xp̄i dubitare queat. Ad
ip̄m igitur sermonē vertamus qui prius no
minis Jesu ardentissimus ꝑsecutor: ex post
factus est illius defensor acerrimus et predi
cator eximius: in quo post emendatū delictū
tanta superabundauit gratia vt etiam in hac
vita mortali ad visionē diuine essentie rape-
retur. De ip̄o pijssimus iesus Ananie disci-
pulo suo fidelissimo retulit verba in thema-
te posita. In q̄bus de Paulo gloriosissimo
tria mysteria ꝓponimus cōtemplanda.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-521/0196
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG